



BANQUE COMMUNE D'ÉPREUVES

CONCOURS D'ADMISSION DE 2010

Concepteur : ESSEC

76 LA

OPTION LETTRES ET SCIENCES HUMAINES

CCIP_LV2

DEUXIÈME LANGUE

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

Vendredi 7 mai de 14h à 17h

De la vertu innée des Scythes

Obscuriori (1) propter ignorantiam pietati notitiae
lumen admoueo, sicut Scythis libenter pietatis testimonium
reddo. Dareo enim totis regni sui uiribus in eorum regionibus
subinde impetum facienti, paulatim cedentes ad ultimas Asiae
5 solitudines peruenerant. Interrogati deinde ab eo per legatos,
quem finem fugiendi aut quod initium pugnandi facturi essent,
responderunt se nec urbes ullas nec agros cultos pro quibus
dimicarent habere ; ceterum, cum ad parentium suorum
monumenta uenissent, sciturum quemadmodum Scythae
10 proeliari solerent. Quo quidem uno tam pio dicto immanis et
barbara gens ab omni se feritatis crimine redemit. Prima igitur
et optima rerum natura pietatis est magistra, quae nullo uocis
ministerio, nullo usu litterarum indigens, propriis ac tacitis
uiribus caritatem parentium liberorum pectoribus infundit.
15 Quid ergo doctrina proficit ? Vt politiora scilicet, non ut
meliora fiant ingenia, quoniam quidem solida uirtus nascitur
magis quam fingitur.

VALÈRE MAXIME

1) *obscuriori* : l'auteur vient d'évoquer de célèbres exemples de piété filiale.

- * RAPPEL : L'utilisation de toute calculatrice et de tout matériel électronique est interdite.
- * Seul document autorisé : un dictionnaire latin-français BORNECQUE, GAFFIOT, GOELZER ou QUICHERAT.